seque, ac suos Successores ad eadem Omnia Inscribit et Obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde subsequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate Pro Maiori Minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum Servitiis Militari, ad Munimenta, ad Evictorem vel alijs quibusvis Dilationibus, et legalibus impedimentis non Defferendo: ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castren. Premysliens. Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, praemissaque Omnia per suis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, Fatalijs Iuris, Praescriptione terrestri bello, Conventione quavis, ac alijs quibusvis Iuris Remedijs, et Defensis non subterfugiendo, Nec alio quovis Modo Evadendo Huius suae praesentis Personalis Recognitionis, ad praemissa Omnia et singula Mediante.

Feria Quarta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo Secundo.

Gnosus Zielonka per Gnosum Stadnicki Quietatur.

18/v

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus

1512

præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Victorinus de Zmigrod Stadnicki Subdapifer Belzensis Sanus mente et Corpore existens à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo Præsenti verò Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter Omnibus quo ad Actum hunc attinet, totaliter et plenariè Incorporando, atque Subijciendo, palam libere, publicè, ac per expressum Recognouit. Quia

1164

ipse adhærendo præmissæ Inscriptioni Quietatoriæ per se Recognoscentis in rem et Personam infrascripti Gnosi Ioannis Zielonka Cam. Actis Officij præsentis sub Actu Sabbathi post Dnicam Conductus Paschæ proximo Anno præsenti ratione infrascriptæ factæ et recognitæ eundem Gnosum Ioannem Zielonka et ipsius Successores de Scripto Certo Manuali sibi Recognoscenti per eundem Gnosum Zielonka super Summa Nouem Decem Millium et Septingentorum florenorum polonicorum Cum toto Censu Dato Manu utriusque Subscripto et Actis Officij præsentis ad tenendum firmatis et Roboratis de Actu et Data illius Premysliæ Feria Secunda post Dnicam Ramis Palmarum Quadragesima proximo Anno præsenti Cum de eadem ipsa Scripti præfati Manualis Roboratione Summaque Suprascripta Nouem Decem Millium et Septingentorum florenorum polonicorum de plenaria et sufficienti sibi Recognoscenti præstita Satisfactione Summæ quæ eiusdem realem et effectiuam per Manus præfati Generosi Zielonka persolutionem Quietat, emittit, Dimittit liberum absolutumque perpetuò pronunciat. Scriptum præfatum cum eiusdem Roboratione in toto, et per Omnia Cassat, tollit, Mortificat et annihilat, sibi Suisque Successoribus ratione præmissorum Imponendo perpetuum silentium.

Idem